



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XL. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Marienfließ das Dorf  
Falkenberg bei Uchtenhagen, am 20. Dezember 1349.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](#)

XXXIX. Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Hasso von Wedel Besitzungen in Nelep,  
am 1. Januar 1349.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus etc. strenuo militi Hassoni seniori de wedel,  
fideli nostro dilecto, suisque etc. singula bona et redditus, que uel quos Henningus de Sagantz  
et Hen. de Woppersnow, quandam nobis fideles dilecti bone memorie, in villa Nilep a nobis  
in pheudo tenuerunt, cum deuolucione bonorum et reddituum, que uel quos fidelis noster Matheus  
drossete in villa zymarck a nobis hactenus tenuerat et adhuc tenet, post deceßum ipsius sine  
heredibus legittimis capacibus a nobis in antea debito pheudi titulo tenenda et sine inquietacione  
qualibet perpetuis temporibus possidenda. In cuius etc. Testes vero huius sunt strenui viri Lode-  
vicus de Wedel, Aluericus de Wolfstein, Wilhelmus pincerna de Bombrecht,  
Hasso de Valkenborch, Thidericus Brederlo, milites, Henningus de Uchtenhagen,  
Gerkinus Wolf cum ceteris etc. Datum Noue Berlin, Anno M° CCC° XL nono, die circum-  
cisionis domini.

Aus Hackwitscher Abschrift.

XL. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Marienfließ das Dorf Falkenberg bei Uchtenhagen,  
am 20. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. intuitis et consideratis — (nobis exhibitis) per reli-  
giosas dicatas personas, priorissam et conuentum sanctimonialium Marienflith, Caminenis dioecesis,  
et Hen. de wedel, nouiter defuncti, meritis, ob instantem requisionem natorum eiusdem Hen.  
de Wedel, videlicet wedekonis, Janekonis et viuantz, eidem priori et conuentui sancti-  
monialium ibidem dedimus, damus, eciam solempni dacione donauimus per presentes proprietatem  
ville valkenberg, sitam prope vchtenhagen, cum omnibus suis manfis, lignis, rubetis, cum  
supremo judicio et infimo, curruam seruicio, nec non cum vniuersis et singulis pertinenciis, dicte  
ville nostre rite pertinentibus, perpetuis temporibus quiete et pacifice sine impedimento quolibet  
pertinentium. Renunciantes etc. Testes Swartzburg, Lochen, Bombrecht, Ost, Hasso de  
vchtenhagen, milites, G. Wolff et Johannes de Wedel. Datum Stettin, Anno M° CCC°  
XLIX°, vigilia sancti Thome apostoli.

Aus Hackwitscher Abschrift.